

## De precepto Secundo

II.

fuit xpc passus potest dupliciter considerari. Vno modo in quantum imago xpi extensi in ea et sic adoratur eadem adoratione latric sicut xpc et sic eam alloquimur sicut xpm dicentes. **O** crux aue spes vnica. Alio modo in quantum est res quedam sic etiam non potest eadem adoratione adorari cum ipso christo. qz vt sic non pertinet ad personam verbi vt ps eius. ergo non potest eadem adoratione adorari cum ipso. Sed alie cruces. qz non fuit in eis xpc. adorantur vt imago christi ideo adorantur adoratione latric. **V**erum beata virgo sit adoranda adoratione latric. **R**nde qd no. cum tu beata virgo sit p se quedam creatura excellens ei debet honor p se. **V**n alia adoratione adoratur qd filius eius. scz non latric qd soli deo debetur. sed adoratione ipdulie. quia vltra alios sanctos debet adorari. **E**rgo in uocamus eam dignissimam et sanctissimam dei genitricem. virginem virginum. dnam angelorum. et sic de alijs. **V**trum sanctorum reliquie sint adorande. **D**icendum qd sanctos dei in ueneratione debemus habere tanqz membra christi. tanqz dei filios et amicos et intercessores nostros. et ia eorum reliquias qualescuqz honore congruo in eorum memoria honorare debemus. **E**t precipue eorum corpora que fuerunt templum spiritus sancti. et organa p que sps sanctus operatus est. et sunt corpori nostro configuranda in gloria resurrectionis. **V**nde et ipse deus huiusmodi reliquias conuenienter honorat in eorum presentia miracula faciendo. **V**nde sciendum qd deus solus adorandus est tanqz largitor omnium honorum. **V**nde dicimus in oratione miserere mei deus szm magnam misericordiam tuam. **S**ed sancti adorandi et invocandi sunt tanqz mediatores et intercessores nri vt nobis impetrent a deo qd petimus. **E**rgo dicimus in oratione et **S**ctam maria ora p nobis. sancte petre ora p nobis. et sic de alijs.

## De secundo precepto

Iurare non debemus. *Expter septe sequentia*

**O**mnis assumes nomen dei tui inuani. **E**rgo. **v**bi szm **A**ug. prohibetur iuramentum frivolum et etiam iurium. vterqz em et qui p nihilo iurat et qd false iurat nomen dei assumit inuani. **S**ciendum qd quilibet det sibi cauere ne assuescat iurare. **P**rimo ideo qz qui frequenter iurat repletur omni iniquitate. **v**n **E**ccl. **v**. **v**ir multum iurans replebitur iniquitate et non recedet a domo eius plaga. **g**o illi qui solent frequenter iurare pessimi homines efficiuntur. et replebuntur non solum cum vna iniquitate. sed cum omni iniquitate. **S**ecundo qz ille qui illicitum iuramentum facit ipse quasi laqueum ad collum suum ponit. **I**uxta illud **p**uerbi. **v**. **I**llaqueatus es verbis oris tui. et captus proprijs sermonibus. **Q**uoniam vero licitum iuramentum transgreditur ipse laqueo illo quasi proprijs manibus se strangulat. **E**rgo quot iuramenta etiam licita quis facit. tot laqueos spiritualiter ad collum sibi ponit. et quicquid vnus de his transgressus fuerit. tamcito seipsum spiritualiter occidit. **T**ercio ille